



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Missa II. quoad ministrum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

Nihil dandum pro Missis nouis. num.88.  
Et licet potest prohiberi ne in his ni-  
miūm offeratur &c.ca.27.n.

Instituens Missas non peccat, licet aliqui  
sumant inde occasionem peccandi.c. 14. nu-  
31. §. 14.

Definita à Trident. circa Missam, vide  
Missa III.

---

### MISSA III.

#### *Quoad ministrum.*

EPISCOPVS debet omnino prohibere,  
Ene Sacerdos vagus & ignotus celebret. c.  
25.nu.68.ipse tamen si celebret, in occulto,  
non peccat.cap.27.num.153.

Peccat mort. qui aduertens ante Missam  
se esse in mortali, celebrat. Quod si aduer-  
tat post inchoatam non tenetur desistere,  
quamvis possit sine scandalo: tenetur tamen  
ante secretam confiteri, si possit sine scanda-  
lo.num.79. vel statim post Missam.n.

Peccat mort. qui celebrat non iejunus.  
Quod si aduertat post inchoatam Missam,  
etiam ante consecrationem, & eam sine  
scandalo non potest relinquere, non pec-  
cat. num.75.

O O Peccat

Peccat mort. qui notorius concubinarius,  
& fornicarius, ante penitentiam celebra.  
Et qui celebrat ante matutinas recitata,  
nisi ad sit virgens necessitas. cap. 25. n. 76 &  
83. Item Sacerdos qui sine iusta causa non  
celebrat, saltem ter vel quater in anno nu-  
mer. 88.

Peccat mort. qui petit missam a Sacer-  
dote, quem scit celebraturum in morte  
quod intellige de Sacerdote notorie sus-  
penso, vel excommunicato, vel non parato,  
nec ad missam dicendam obligato, & pec-  
cante ex ignorantia, vel infirmitate, & non  
ex malitia. cap. 14. num. 31. lit. H. Nou. 341.

Qui non dicit tot & tales missas, quo-  
& quales, & ubi tenetur, peccat. cap. 25. num.  
134.

Onus annexum beneficio, ut beneficia-  
rius quotidie celebret de B. V. Maria non  
obligat ad dicendum missam omnibus die-  
bus: nec ad celebrandum de illa omnibus  
diebus quibus tenetur missam dicere, sed  
solum illis, quibus frequentius salua devo-  
tione, & honestate debita potest. Onus ve-  
ro dicendi missam per se, vel per alium de  
omnibus diebus intelligendum est. n. 134.  
Sacerdos leprosus non est permittendus ce-  
lebrare. cap. 27. n. 202.

MISSA